

BROTÉRIA

COMPOSIÇÃO E IMPRESSÃO: TYP. A ELECTRICIDADE DE AUGUSTO COSTA & MATTOS
Praça do Barão de S. Martinho — Braga

BROTERIA

REVISTA LUSO-BRAZILEIRA

Fundada em 1902 pelos Professores

J. S. Tavares, C. Mendes e C. Zimmermann

Director: Prof. J. S. Tavares

VOLUME XIX

1921

SÉRIE ZOOLOGICA

Com ilustrações



BRAGA — 1921



INDICE ANALYTICO DO VOLUME XIX, 1921

	PAG
BEZZI, Prof. Mario — Syrphidae aethiopiense Musci nationalis hungarici	5-22
CUNHA (da) J. M. — P. José Pantel, S. J.	23-29
KIEFFER, Dr. J. J. — Un Platygastérine parasite d'un Cynipide . . .	68-69
NAVÁS, Longinos — Insectos nuevos de la Peninsula Ibérica . . .	70-75
— Insectos americanos nuevos o criticos	113
TAVARES, J. S. — Cecidias novas para Espanha	39-48, 49-68
— Cecidologia Brasileira. Cecidias que se criam em plantas das familias das Leguminosae, Sapotaceae, Lauraceae, Myrtaceae, Punicaceae, Aurantiaceae, Malpighiaceae, Sapindaceae, Umbelliferae, Loranthaceae, Apocynaceae, Urticaceae, Salicaceae e Gramineae	76-112
Bibliographia	136

Syrphidae aethiopicae Musei nationalis hungarici

AUCTORE PROF. M. BEZZI

(Continuado da pag. 142, vol. xviii, 1920)

Ad varietatem pertinet, quam ego anno 1915 Andersoni dicavi.

44. *Lathrophthalmus quinquelineatus*, Fabricius, 1781.

Specimina utriusque sexus ex Africa orientali, Schirati, v, 1909, leg. Katona; ex Abyssinia, Vall. Djerrer, vi, 1911, leg. Kovács. Ex Africa quoque meridionali, Lichtenburg, Transvaal, leg. Brauns, et Pretoria.

45. *Lathrophthalmus aeneus taphicus*, Wiedemann, 1830.

Mas ex Aden, 12, xi, leg. Kovács, nostris aequalis; foemina ex Africa orientali, Assab, i-iii, 1907, leg. Katona, 8 tantum mm. longa, et *sepulchrali* valde similis.

46. *Eristalinus smaragdinus*, Macquart, 1842.

Specimina multa (3 ♂, 14 ♀) ex Africa orientali, Mto-ja-Kifaru, 5-10, xii, 1904, et Schirati, ii, 1909; leg. Katona.

Species pulcherrima, inter *Eristales* minima, *Chrysogastris* speciem forma ac coloratione mentiens, a cl. Macquart bene nuncupata et exacte, quamvis breviter, descripta, nunquam deinde inventa. Affinis est javano *violaceo* Macquart, quem ego ex India possideo, qui tamen paulo major est et capite nigro, ore minus rostrato, tarsis anticis et posticis totis nigris atque picturis atrovelutinis abdominis mox distinguitur.

Affines sunt ambo, nempe *smaragdinus* ac *violaceus*, europæo *sepulchrali*, ideoque subgeneri *Eristalinus* adscribendi, quamvis oculi nudi non pilosi et in mare latius remoti. Descriptionem novam hic addere liceat, quia Macquarti specimen unicum typicum ex Senegal capite mutilatum erat.

Long. corp. 5-6 mm., mas interdum 4-5 mm. tantum longus.

Caput totum viride, polline levi cinereo ad orbitas posticas et

albicante in occipite indutum; frons in utroque sexu lata, in mare paulo tantum angustior quam in foemina, pilis fuscis vel pallidīs erectis vestita, fascia atro-velutina transversa paulo ante medium exornata, quae in foemina integra, in mare in medio interrupta est; pili frontis in fascia nigra nigri sunt; tuberculum antennale valde productum, acutum; antennae breves, fuscae, articulo tertio rotundo supra fusco infra luteo; arista lutescens, apicem versus nigricans, nuda; oculi in mare quoque prorsus nudi, rubri, maculis multis fuscis rotundatis partim confluentibus sparsi; facies et peristomium infra fere ut rostrum acuminatum longum, producta, faciei lateribus albo-micantibus et albopilosis, linea media tamen nuda et tuberculo parum prominulo, genae sub oculis angustissimae, fusco-pilosae; oris orificium valde elongatum, latum, rectangulare; proboscis nigra, nitida; ocelli prope verticem in fascia nigro-violacea positi.

Thorax totus metallicus, viridis, laevis, nitidissimus, pilis pallidis brevibus tectus; circa humeros et in pleuris cinereo-tomentosus, in illis longe albo-pilosus. Scutellum magnum, totum viride ut thorax, margine postico elevato, a sulco circulari antico praeciso; mesophragma nigro-violaceum.

Squamae magnae, niveae; halteres pallide lutescentes. Abdomen ut thorax totum metallice viride, laeve, nitidissimum, passim aenei et cuprei aliquantum nitens, picturis tamen nigris omnino nullis, pilis teneris brevibus, in margine longioribus, omnibus albicantibus, vestitum; maris hypopygium viride, nitidum; venter griseo-niger, basi luride lutescens, albo-pilosus.

Pedes nigri, femoribus posticis virescentibus, omnes breviter pallido-puberuli; femora apice anguste et tibiae basi latius lutea; tarsi antichi nigri, intermedii et postici praeter apicem lutei; femora postica non incrassata; tibiae posticae rectae. Alae ex griseo-hyalinae, immaculatae, nervis nigris; stigma pallide lutescens, basi ad nervi auxiliaris finem anguste nigrum; vena spuria exilissima vix distinguenda; nervi tertii sinus rotundatus, profundus, non appendiculatus; nervus transversus subapicalis extus rotundatus, cum postico recto fere in eadem linea positus; cellulae discoidalis angulus posticus inferus appendiculo brevi praeditus; pedunculus cellulae marginalis brevis et subapicalis longus.

Anot. — Inter notas peculiare speciei istius, caput fragilissime thoraci inseritur, contra atque in reliquis Eristalibus, et Pipuncolorum instar facile caducum, recordandum est; explicatur igitur deficientia capitis in Macquartii specimine typico.

47. **Eristalodes taeniops**, Wiedemann, 1918.

Mas ex Africa orientali, Kibosho, 1600 m., 1-8, IX, 1904, leg. Katona. Specimina multa utriusque sexus ex Africa meridionali, Lichtenburg, Transvaal, leg. Brauns et Johannesburg, XII, 1906, leg. Kobrow.

48. **Eristalodes plurivittatus**, Macquart, 1855.

Aliqua specimina ex Africa orientali, Arusha-In, XI, 1905 et Mto-ja-Kifaru, 5-10, XII, 1904, leg. Katona.

49. **Eristalodes Barclayi**, Bezzi, 1915.

Mas ex Mto-ja-Kifaru, I, 1905, leg. Katona. Species nuperime a me in opere de Syrphidis aethiopicis Musei britanici descripta, praecedenti affinis, sed distincta pedibus abdomineque magis luteis, tuberculo faciali luteo non nigro, vittis ocularibus 5 non 3 vel 4, ac denique areolis oculorum superis distincte in mare majoribus.

50. **Eristalis tenax**, Linné, 1758.

Foeminae tres ex Africa meridionali, Transvaal, Johannesburg XII et IV, leg. Kobrow.

51. **Mesembrius minor**, Bezzi, 1915.

Foeminae ex Abyssinia, Vall. Djerrer, VI, 1911, et Tshertsher, X, 1911, leg. Kovács, specimina dubia, quia mares desiderantur et species aliquae valde affines exstant, a me in opere supra citato ex Africa orientali descriptae.

52. **Eurinomyia Katonae** n. sp. ♀.

Tota nigra, nitidiuscula, antennis pedibusque concoloribus, facie infra valde sed non acute producta, lateribus griseotomentosa, thoracis vittis duabus griseis longitudinalibus tantum ante suturam

distinctis, abdomine bis tribus paribus macularum transversarum non lunatarum ex tomento albido ornato, alis griseis, dimidio basali leviter ex lutescenti infuscato.

Long. corp. 8-9 mm.

Specimina aliqua foeminea ex Africa orientali, Arusha-In, xi, 1905, omnia mucoribus detrita, a cl. Kato na, cui species honoris causa dicata, collecta. Species haec affinis *lunulatae* Meig. est, et primam constituit speciem generis *Eurinomyia* ex regione aethiopica cognitam, colore corporis maxima ex parte nigro distinctissima. Caput nigrum nitidum; occiput polline griseo conspersum, limbo orbitali albicante; frons nigropilosa, lateribus prope oculos et fascia transversa paulo post ocellos griseo-lutescentibus; facies infra ut in *lunulato* producta, griseo-lutescens, vitta media longitudinali nigra nitida integra; genae vitta lata nigra nitida sub oculis signatae; facies fere complanata, sub antennis paulo tantum concava et tuberculo vix prominenti praedita; antennae breves, omnino nigrae, articulo tertio cinerescenti circulari, arista nigra nuda; oculi nudi, remoti, immaculati. Thorax omnino niger, in parte postica ante scutellum nitidus, pilis brevibus fuscis tectus, vittis duabus ex tomento cinereo-lutescenti, remotis, parallelis, paulo pone suturam evanidis, ornatus; pleurae nitidiusculae, immaculatae. Squamae albae, limbo lutescenti et fimbria longa pallide sericeo-lutescenti praeditae; halteres fusco lutei. Scutellum nigrum, nitidissimum, rotundatum, fusco-pilosum. Abdomen elongatum, lateribus parallelis, thorace non latius, breviter fusco et albido-pilosum; segmentum primum griseum, in parte postica nitidulum, sub scutello atrum; segmenta secundum, tertium et quartum longitudine sensim decrescentia, dimidio antico nigro velutino opaco, postico nitido, macula triangulari transversa ex tomento griseo ad latera versus marginem anticum ornata, macula segmenti secundi reliquis majori; segmentum quintum omnino nigro-nitidum, immaculatum. Venter niger, nitidus, vix levissime cinereo-tomentosus.

Pedes omnino nigri nitidi praesertim in femoribus, breviter pallido-pilosi, tarsorum intermediorum articulis duobus basalibus luteis; femora postica area excavata praeapicali distincta; tibiae posticae paulo incurvae. Alae basi distincte infuscaetae, nervis nigris ut in *lunulato* dispositis, cellula prima basali apicem versus magis

angusta et pedunculus cellulae subapicalis duplo longior; cellula discoidalis angulo infero externo rotundato non appendiculato, vena spuria nigricans; nervus transversus ad apicem nervi auxiliaris cum primo conjunctus et valde distinctus et crassus.

53. *Lampetia* (*Merodon*) *nasica* n. sp. ♂♀.

Tota nigra griseo-pilosa, abdomine concolore, antennis tarsisque luteis, facie valde brevi, in medio nitidissima, ad marginem superiorum oris valde producta et superne inflexa, abdominis segmentis griseo-bifasciatis, fasciis angustis alternatim subinterruptis, illis tamen segmenti quarti latioribus ac integris, trochanteribus posticis simplicibus rotundatis tibiaramque apice simplici, alis dilute fuscis immaculatis.

Long. corp. 12 mm.

Mas et foemina ex Erythraea, Ghinda, speciem istam anno 1908 dubio animo *funesto* Fabr. adscriptam volui, sed nunc ut bonam agnosco, praecipue faciei forma, longitudine frontis et abdominis pictura. Affinis videtur speciei *moenium*, in cujus vicinitate secundum monographiam a cl. Sack conscriptam militat cujusque forma gaudet, sed mox distinguenda abdomine nullibi luteo maculato; *L. trochanterata* A. Costa (*podagrata* Villeneuve) et *tricincta* Sack affines quoque videntur, sed minores ac minus robustae sunt.

Caput nigrum, griseo tomentosum, secus limbum occipitalem confertim lutescente tomentosum; triangulum verticale maris nitidum, fusco pilosum; ocelli in triangulum aequilaterum dispositi; triangulum frontale latum, pilis confertis pallide lutescentibus tectum; frons foeminae lata, longissima, retrorsum sensim angustata, sulco tenui longitudinali praedita, nigra, nitida, lutescente-pilosa, lateribus griseo tomentosis; facies in utroque sexu nigra, nitidissima, lateribus parce pallido-pilosa, brevissima, medietate frontis adhuc brevior, valde incavata ideoque margo oris superus valde et abrupte prominens, apice fere sursum incurvus; genae angustae, nigrae, nitidae, in parte postica griseo-tomentosae, sicuti orbitae posticae; antennae sub medio oculorum insertae, satis longae, angustae, omnino luteae, articulo tertio secundo subaequali, arista basali lutea nuda, superne, arcuata, lutea; oculi immaculati, pilis longis griseis tecti, in mare per lineam 1 mm. longam con-

nexi; apertura oralis elongata, retrorsum latior; proboscis nigra, nitida. Thorax latus, complanatus, niger, nitidus, vittis longitudinalibus 5 griseo tomentosis lateralibus latioribus, sed non bene perspicuis, quia totus pilis brevibus at confertis, in mare fulvis, in foemina griseis, indutus; pleurae pilis longioribus albicantibus in utroque sexu; in callis post-alaribus fasciculus pilorum, in mare fere aureorum, notatur. Scutellum breve, transversum, punctulatum, nigrum, nitidum, limbo postico lutescenti-tomentoso, totum pallide pilosum. Squamae luride albicantes, confertim et longe sericeo-lutescenti fimbriatae; halteres pallide lutei, capitulo albicante. Metaphragma nigrum, nitidum, laeve, nudum. Abdomen in utroque sexu nigrum, nitidum, punctulatum, late obtusum, thorace et scutello simul sumptis aequilongum, non conicum, pilis brevibus in dorso, partim fuscis partim pallidis, in lateribus praesertim basi longioribus et albicantibus; segmentis secundo et tertio fasciis angustis intermediis griseo tomentosus in medio anguste interruptis, versus latera paulo dilatatis, et limbo postico integro angusto, etiam griseo tomentoso; segmentum quartum in utroque sexu fasciis duplo latioribus, pilis longioribus tectis, prima non interrupta, in foemina pallide lutescentibus, in mare pulchre aureis, ita ut dici possit segmentum quartum luteo vel aureo pilosum esse, fascia lata intermedia nigra, lateribus angustata et abbreviata. Maris genitalia magna, nigra, luteo pilosa; foeminae segmentum quintum brevissimum, nigrum, nitidum, immaculatum. Venter niger, nitidus, luteo vel griseo pilosus. Pedes in mare quoque omnino simplices; femora postica apice apophysi brevi, dentibus 3-4 tantum parum distinctis praedita; trochanteres rubri nitidi; femora nigra nitida, confertim griseo pilosa; tibiae basi lata et apice anguste luteae; tarsi omnes omnino lutei, articulo ultimo parum infuscato. Alae grisescentes immacolatae nervis validis nigris basi late lutescentibus; cellula discoidalis angulo infero extus latissime rotundato, non appendiculato; vena spuria vix infuscata.

***Myiolepta luteola*, Gmel.**

Mas ex Onaosensis (Afr. septentrionalis?) adest, etiam nostris omnino aequalis, tibiatarum tarsorumque basi lutescenti.

54. *Syrirta spinigera*, Loew, 1848.

Foemina ex Abyssinia, Vall. Djerrer, vi, 1911, leg. Kovács. Specimina aliqua utriusque sexus ex Africa meridionali, Transvaal, Lichtburg, leg. Dr. Brauns. Species valde distincta, praecipue vena spuria obsoleta et spina maxima basali femorum posticorum.

55. *Syrirta bulbus*, Valker, 1849.

Mares nonnulli ex Africa orientali germanica, Moschi, Fl. Ran, et Arusha-In, xi, 1905, leg. Katona. Species distincta femoribus posticis luteis, apice late et abrupte nigris et subtus dente valido basali praeditis, quod affinitatem cum praecedenti indicare videtur.

56. *Syrirta fasciata*, Wiedemann, 1830.

Specimina aliqua utriusque sexus ex Africa orientali, Arusha-In, xi, 1905 et Shirati, ii, 1909, leg. Katona; ex Abyssinia, Marako, iii, 1912, leg. Kovács. Ex Africa meridionali, Willowmore, xi, 1906, leg. Dr. Brauns.

S. abyssinica Rondani eadem est species, statura minori femoribusque posticis totis nigris.

57. *Syrirta stigmata*, Loew, 1858.

Specimina aliqua mascula ex Africa orientali, Arusha-In, xi, 1905, Moschi, Fl. Ran, 1-6, viii, 1904, Kibosho, 1600 m.; 1-8, ix, 1904, Kilimandjaro 1904, leg. Katona; Abyssinia, Marako, iii, 1912, leg. Kovács.

Forsan tantum praecedentis varietas, distincta statura majori, alis paulo infuscatis, abdomine minus luteo, femoribusque posticis subtus basi magis brevibus.

58. *Syrirta lanipes* sp. nov. ♂ ♀.

Nigra nitida, facie lutea albotomentosa, antennis pallide luteis distinctius quam in reliquis speciebus longioribus, abdomine fasciis duabus luteis latissime in medio interruptis, pedibus luteis posticis nigropictis, femoribus posticis subtus basi brevissime spinulosis, alis levissime fusciscentibus, vena spuria valde nigra; ♂ tibiis posticis intus pilis longis basi nigris, apicem versus pallidis, con-

fertim lanatis; ♀ fronte fere duplo angustiori quam in reliquis speciebus.

Long. corp. 8-8,5 mm.

Species distinctissima, in aliquibus speciminibus ex Africa orientali, Mto-ja-Kitaru, 5-10, XII, 1914, a cl. Kato in utroque sexu lecta.

Caput nigrum, facie tamen et peristomio luteis, quamvis tomento cinereo conferto indutis; oculi maris areolis anticis superis prope lineam conjunctionis longam distincte majoribus; triangulum verticale longum, angustum, acutissimum, nigrum, nitidum; apicem versus luteo-tomentosum; triangulum frontale perparvum, nudum, ut facies tomentosum; frons foeminae angustissima, non latior distantia inter ocellos basales, sed versus antennis sensim dilatata, usque paullo ultra medium nigra nitida, vitta tamen transversa in medio interrupta albotomentosa, tertia pars apicalis confertim griseo tomentosa, lineola media subtilissima longitudinali nigra, supra antennarum basi in maculam dilatata, fusco pilosa, sed in parte antica et ad verticem pallido-pilosa; ocelli prope verticem, in triangulo aequilatero dispositi; facies in utroque sexu prominens, valde carinata, in medio paullulum concava, nuda, pilis albis longis sed paucis circa orbitas tantum praedita; peristomium luteum, nitidum; antennae sat longae, articulo secundo paullum elongato, tertio praecedentibus simul sumptis duplo longiore, ovato rectangulari, arista basali longa, nigra, nuda; occiput nigrum, tomento levi cinereo conspersum, circa medias orbitas late cinereo-tomentosum; proboscis longa, nigra, nitida. Thorax et scutellum nigra, nitidissima, punctulata, nuda, scutello pilis aliquibus tantum marginalibus; humeri et vitta notopleuralis lata, usque ad suturam ducta cinereo-lutescenti tomentosi; pleurae totae tomentosae, mesopleura superne lutescenti, sternopleura contra fere argentea; calli postalares obscure lutescentes; mesophragma nigrum, nitidum, leve. Squamae albo-luridae, fimbria tenuissima praeditae; halteres pallide lutei. Abdomen nigrum nitidum, segmentis secundo et tertio tamen partim atro-velutinis; in mare segmenta ista omnino lutea opaca, vitta longitudinali subtili nigra in medio, quae in segmento tertio angustior, brunescens, quandoque evanida est, ad marginem posticum vitta atro-velutina, in medio triangulariter

producta; segmentum quartum totum nitidum, cupreo-nitens, limbo postico angusto et maculis duabus parvis in angulis posticis luteis; maris genitalia magna, nigra, subtus ad basim penicillo erecto pilorum rigidorum praedita; venter omnino luteus, segmento ultimo tantum nigro. Abdomen foeminae magis nitidum, fasciae luteae immo nitentes, sed duplo angustiores et in medio latius interruptae; in segmento tertio post fasciam atram opacam, margo posticus rursus late niger nitidus; segmentum quartum ut in mare; venter in medio niger nitidus. Pili abdominis brevissimi vix distinguendi, tantum secus marginem lateralem paululo longiores et ad basim utrinque fasciculus pilorum longorum albosericeorum adest. Pedes quatuor anteriores toti et omnino lutei, coxis tamen nigricantibus, nudiusculi sunt sed femora intermedia retro sat longe pilosa; femora postica valde incrassata, lutea, limbo supero et macula apicali lata nigronitida, nuda, subtus apophysi apicali subtiliter serrulata, et in parte basali denticulis aliquibus brevibus, nullo majori, praedita; in foemina denticuli isti aliquanto validiores sunt; tibiae arcuatae, nigrae, in medio annulo lato luteo exornatae, pars nigra apicalis tamen brunea vel pallida, praesertim in mare: angulus tibiaram internus apicalis acutus, dentiformis, praesertim in foemina; tibiae in foemina omnino nuda, in mare latere interno longe lanatae, pili in anulo basali nigro nigri, in parte lutea vel brunea albi et longiores atque confertiores. Tarsi postici nigri, non dilatati. Alae leviter infuscatae; nervi validi nigri, vena quoque spuria nigra et valida; vitta stigmatalis angusta elongata, fusconigrans, vel lutescens in foemina; nervorum directio ut in fasciata; alae in foemina distinctius quam in mare latiores.

— Cum in collectione species duae novae generis *Eumeri* adsint, tabulam distinctionis specierum aethiopicarum hujus generis mihi eognitarum, hic proferre liceat.

- 1 (8). Femora postica simplicia, non incrassata, subtus apici non apophysata, setis tantum vel dentibus parvis aliquibus armata.
- 2 (7). Nervus longitudinalis tertius rectus; species parvae (5-6 mm.), angustae; oculi maris in puncto approximati sed non cohaerentes; antennarum articulus tertius rufus vel bru-

- neus; ocelli approximati, in triangulum aequilaterum dispositi; scutelli denticuli marginales valde longi; genitalia maris permagna, bilobata, saepe exserta.
- 3 (6). Alae plus minusve hyalinae, absque maculis fuscis; abdominis segmentum secundum non luteo-maculatum; thorax maris cyanescens, argenteo-pilosus.
- 4 (5). Abdominis segmenta secundum et tertium pilis argenteis omnino induta, lunulis itaque non distinguendis, genitalia maris exserta, profunde divisa; pterostigma fusco-luteum **Paulae**, Hervé-Bazin
- 5 (4). Abdominis segmenta secundum et tertium pilis solitis vestita, lunulis bene distinctis; genitalia maris inclusa; pterostigma pallidum. **serratus** Bezzi
- 6 (3). Alae maculis distinctis fuscis ad venas transversas; abdominis segmentum secundum maculis duabus latis luteis. **maculipennis** Bezzi
- 7 (2). Nervus longitudinalis tertius valde incurvus; corpus multo majus (12 mm.), pube tenera cinerea aequali ubique tectus; lunulae abdominales segmenti tertii et quarti in medio valde dilatatae; frons foeminae angusta; antennae rufae, alae vena spuria vix ulla. **mucoidus** n. sp.
- 8 (1). Femora postica incrassata, apicem versus subtus fortiter dentata et saepe apophysata; species majores, robustae, saltem ultra 7 mm.; oculi maris plerumque cohaerentes.
- 9 (16). Femora postica quidem incrassata, sed cylindrica et subtus apici non dilatata in apophysim spiniferam vel dentatam; genitalia maris magna rotundata, non bilobata, inclusa; triangulum verticale maris plerumque angustum; frons foeminae satis angusta.
- 10 (11). Oculi longe pilosi; facies lutea; antennarum articulus tertius niger; scutellum ciliatum, limbo postico concolore; lunulae abdominales rectae, in medio cohaerentes; femora postica apice infra crasse dentata; triangulum verticale maris latum. **integer** n. sp.
- 11 (10). Oculi nudi vel vix tomentosi; facies nigra; lunulae divisa; triangulum verticale angustum.
- 12 (13). Scutellum margine concolore praeditum; femora po-

- stica maris prope basim infra mucrone validissimo armata; ocelli aequidistantes. **armipes** Bezzi
- 13 (12). Scutellum margine postico luteo; femora postica basi mutica; ocellus anterior a reliquis magis remotus.
- 14 (15). Corpus cyanescens, profunde punctulatum; pedes maxima ex parte nigri; thorax in disco fere nudus, non vittatus; antennarum articulus tertius angustus. **scaber** Bezzi
- 15 (14). Corpus nigro-aeneum, minus punctulatum; pedes maxima ex parte lutei; thorax aureo-tomentosus et parum vittatus; antennae articulo tertio latiori. **Feae** Bezzi
- 16 (9). Femora postica valde incrassata apice dilatata et compressa, apophysi dentata ut in *Lampetia* praedita, triangulum verticale maris latum; frons foeminae lata.
- 17 (22). Oculi maris plus minusve late distantes, non cohaerentes; antennae nigrae.
- 18 (19). Abdomen maris maculis latis argenteis in segmentis secundo et tertio ornatum **argenteus** Walk.
- 19 (18). Abdomen lunulis solitis signatum.
- 20 (21). Oculi in puncto approximati; lunulae abdominales in medio valde approximatae, contiguae vel immo fusae; scutellum aureopilosum **lugens** Wied.
- 21 (20). Oculi valde distantes; lunulae divisae; scutellum nigro-pilosum **argyropsis** Bezzi
- 22 (17). Oculi maris per lineam longam arcte cohaerentes.
- 23 (30). Antennarum articulus tertius rufus vel rufescens, interdum infuscatus, nunquam vero niger; ocelli in triangulo aequilatero positi.
- 24 (27). Abdomen basi plus minusve in lateribus rufum.
- 25 (26). Pedes cum coxis nigri, geniculis tantum luteis **lunatus** Fabr.
- 26 (25). Pedes quatuor anteriores cum coxis omnino lutei **axinecerus** Speis.
- 27 (24). Abdomen basi omnino nigrum.
- 28 (29). Abdomen segmentis secundo et tertio luteo-maculatis; antennarum articulus tertius parvus et fuscescens. **quadrinaculatus** Macq.
- 29 (28). Abdomen lunulis solitis albis pictum; antennarum

- articulus tertius latus, magnus, pallide rufus.
 **erythrocerus** Loew.
- 30 (23). Antennarum articulus tertius totus niger; ocellus anterior a reliquis remotus.
- 31 (34). Scutellum elongatum, breviter pilosum, margine postico neque ciliato neque tomentoso, sed acute carinato et granuloso; thorax niger nitidus, in parte antica non vittatus; frons foeminae nigra nitida; abdomen elongatum, lunulis minus distinctis.
- 32 (33). Oculi nudi; femora et tibiae posticae complanata, nigra nitida, fere nuda. **triangularis**, Herv. Baz.
- 33 (32). Oculi hirti in utroque sexu; pedes postici non complanati, pilosi; lunulae abdominales extus evanidae
 **unicolor** Loew
- 34 (31). Scutellum breve, pilosum, margine postico ciliato et tomentoso; thorax ante suturam griseo-pictus; frons foeminae tomentosa; abdomen breve, lunulis distinctis; pedes postici pilosi.
- 35 (36). Abdomen opacum, lunulis tantum quatuor signatum, segmento ultimo toto cano; tarsi postici maris solum basi superne ciliati. **vestitus** Bezzi
- 36 (35). Abdomen nitidum, lunulis sex solitis, segmento ultimo non toto cano; tarsi postici maris per totam longitudinem superne ciliati. **obliquus** Faber.

59. **Eumerus mucidus** n. sp. ♀.

Nigro-aeneus, nitidulus, subtilissime punctulatus, pube aequali alba conferta ubique vestitus, antennarum articulo tertio disciformi rufo, geniculis luteis, oculis hirtis, abdomine lunulis bis tribus intus valde dilatatis, femoribus posticis simplicibus non incrassatis, apice infra setis validis tantum armatis, alis vitreis immaculatis, nervi tertii segmento penultimo in medio sat profunde sinuoso, vena spuria dix distincta; ♀ fronte angusta.

Long. corp. 12 mm.

Foemina unica e Tatahonina (Africa sept.?). Species ista, faciem *Syrphi* fere mentiens, valde notabilis, quia cum statura magna femora postica simplicia conjungit et in venatione alarum

etiam peculiaris est; ab omnibus hucusque cognitis speciebus longe diversa seriemque propriam constituit.

Caput rotundum thorace non latius, totum nitidum nigro-aeneum; frons et facies pilis aequalibus albis, in lateribus frontis anticis et in facie quadam luce argenteo-micantibus; facies brevis, omnino complanata; peristomium angustum, apertura oris breviter ovata, parva; proboscis fusca, retracta; frons paullo latior distantia ocellorum basalium, versus marginem anticum sensim dilatata; oculi ubique confertim et longe albido-pilosi; antennae ad medium oculorum insertae, breves, articulis duobus primis parvis, nigris, tertio rotundato mediocri rufo et extus leviter cinereo-tomentoso; arista nuda, aliquantum a basi remota, subtilis, basi breviter incrassata, nigricans; ocelli a vertice distantes, antico a reliquis remoto: limbus postocularis superus modice latus. Thorax longior quam latus, convexus, sub pube aequali albicante totus aeneoniger, nitidus, in disci lateribus paullisper purpurascens, fere vittatus, sed picturis definitis omnino nullis; pleurae non longius pilosae; metanotum glabrum, nigrum, nitidum. Scutellum rectangulare, ut thorax pictus, limbo postico concolore, non valde acuto, breviter granuloso. Squamae et halteres albi. Abdomen elongatum, planum sed conicum, basi thorace non latius, apicem versus valde attenuatum, totum nigroaeneum nitidum, passim paullo purpurascens; segmentum primum immaculatum, secundum lateribus paullo et obscure rufescentibus, lunulis duabus albis, obliquis, separatis, intus non dilatatis; tertium et quartum lunulis obliquis, intus rotundato-dilatatis et semper sat distantibus; quintum breve, immaculatum; pubescentia in lateribus et apice tota alba conferta brevis, in segmentorum intermediorum margine postico medio nigra et brevissima. Venter totus niger, nitidus, albopubescentis.

Pedes nigroaenei, nitidi, albopubescentes, geniculis tantum et tibiaram basi anguste luteis; femora postica sat gracilia, setis validis 7-8 infra ad apicem armata. Alae omnino vitreae, immacolatae, nitidae; nervi nigri, validi, auxiliari, et quinto tamen luteo, sed vena spuria vix distincta; nervus transversus subapicalis appendiculis duobus externis in angulis praeditus; cellulae discoidalis angulus inferus externus breviter appendiculatus; macula stigmatica parva, breviter infuscata.

60. *Eumerus integer*, n. sp. ♂.

Niger, thorace aeneo, abdomine nigroviolaceo, lutea, facie lutea, antennis nigris, articulo tertio securiformi, oculis hirtis, pelibus nigris rufovariegatis, femoribus posticis crassis, sed apicè non apophysatis et dentibus aliquibus validis armatis, scutello concolore, lunulis abdominalibus in vittas angustas transversas confluentibus, alis griseis immaculatis, nervo tertio leniter sinuoso et vena spuria distincta. Oculis linea longa connexis, triangulo verticali lato, tarsis posticis simplicibus, genitalibus rotundatis non bilobatis.

Long. corp. 8 mm.

Mas unus ex Africa meridionali, Willowmore, leg. Brauns.

Caput nigrum limbo postoculari supero et verticali nitidissimo purpurascente; triangulum verticale latum, convexum, nigro-pilosum, angulo antico cinereo-tomentoso; ocelli in triangulum isoscele dispositi, antico a reliquis remoto; oculi ubique longe fusco-hirti, in medio connexi per lineam longitudine trianguli frontalis vix breviorum; triangulum frontale parvum confertim argenteo-pilosum; facies rufo-lutea, argenteo-pilosa; peristomium nigrum nitidum; margo postocularis modice latus, albo-tomentosus; antennae breves, horizontales, omnino nigrae, articulo tertio paullo brunescenti, extus oblique truncato, angulo infero valde acuto; arista nigra, nuda, basi breviter incrassata. Thorax nitidus, fusco-pilosus, vittis duabus longitudinalibus parallelis albo-tomentosis ultra medium productis exornatus; pleurae albo-pilosae. Scutellum fere rectangulum ut thorax coloratus, limbo postico concolore, ciliato, sat acuto et breviter granuloso. Squamae albae, lutescentes, fimbriatae; halteres pallide lutei. Abdomen lateribus parallelis, thorace non latius, nigro-violaceum, nitidum, basi lateribus aeneum, sat profunde punctulatum, pilis brevibus in disco nigris, in lateribus et in fasciis albicantibus, basi utrinque longissimis et lutescentibus; segmentum primum nigrum, lateribus griseo-tomentosum; secundum in medio profunde impressum, et tertium et quartum linea anguste integra albo-grisea antica, in medio paullulum angulata, ornata; genitalia rotundata, nigra, griseo-tomentosa et pallido pilosa; venter niger griseo-tomentosus et griseo-pilosus. Coxae rufescentes; femora quatuor anteriora ut tibiae propriae extus nigra, intus rufescentia, leviter griseo-pilosa; tarsi nigri. Femora postica valde

crassa, non adpressa, nigro-aenea, albopilosa, dentibus validis nigris, extus duobus majoribus, armata; tibiae clavatae, basi late rufescentes, albo-pilosae; tarsi simplices, nigri. Alae grisescentes; nervi validi, nigri; nervus transversus subapicalis profunde bisinuosus, appendiculis brevissimis vix distinctis praeditus; cellula discoidalis etiam brevissime appendiculata; macula stigmatica valde infuscata.

61. **Eumerus axinecerus**, Speiser, 1910.

Mas et foemina ex Africa australi, Willowmore, leg. Brauns. Abdomen basi plus minusve, interdum fere totum, rufum.

62. **Eumerus erythrocerus**, Loew, 1858.

Foemina ex Africa meridionali, Willowmore, I, II, 1907, leg. Brauns. In hoc quoque abdomen basi quandoque obscure rufum. Femora postica complanata, glabra, dilatata, apophysi maxima serrata praedita.

63. **Eumerus unicolor**, Loew, 1858.

Foemina ex Africa meridionali, Transvaal, Lichtburg, leg. Brauns. Species distinctissima abdominis pictura.

64. **Eumerus obliquus**, Fabricius, 1805.

Specimina multa utriusque sexus, ex Africa meridionali, Willowmore et Lichtburg, leg. Brauns; Potgietersrust et Pretoria, III, 1911. Mas etiam ex Africa orientali, Arusha-In, XI, 1905, leg. Katona.

65. **Chrysotoxum continuum**, Bezzi, 1905.

Foemina ex Erythraea, Ghinda.

Speciem hanc in opere meo de Dipteris erythraeis ad *intermedium* adscripsi, attamen jam admonui fasciam alarum marginalem abbreviatam esse; sed nunc eam ut speciem diversam recognovi, quae distincta est praesertim striga laterali lutea thoracis non ad suturam interrupta, sed usque ad scutellum ducta.

66. **Microdon brevicornis**, Loew, 1858.

Foemina ex Africa orientali; Arusha-In, XI, 1905, leg. Kato-

na, et altera ex Africa australi, Natal, Sarnia, 8, 1, 1912, leg. A. J. T. Jause. Species valde diffusa.

67. **Microdon testaceus**, Walker, 1857.

Mas e Natal, Sarnia, 8, 1, 1912, leg. A. J. T. Jause; haec species forsan tantum mas est praecedentis.

68. **Microdon rugosus**, Bezzi, 1915.

Species haec a me ex Africa orientali descripta et figurata (Syrph. aethiop. p. 126, fig. 21), forsan cum *punctulato* Wied. conjungenda, valde variabilis videtur, ut ex tabula sequenti apparet:

- a (b). Frontis pars supera, orbitae ad verticem et scutellum rufa; antennae omnino rufae; pedes praesertim antici maxima ex parte rufi **rugosus typicus** Bezzi
- b (a). Frontis pars supera, orbitae et scutellum omnino tota nigra.
- c (d). Antennae totae lutescentes; pedes antici maxima ex parte rufi **rugosus concolor** Bezzi
- d (c). Antennae vel totae vel articulo ultimo nigrae.
- e (h). Antennarum articulus primus ubique determinate rufus; pedes late rufi; tarsorum posticorum articuli tres terminales lutei; maris genitalia rufa.
- f (g). Tibiae anticae fusco-annulatae; abdomen lateribus totis rufis; 6 mm. tantum longus **rugosus minor** n.
- g (f). Tibiae anticae concolores; abdomen lateribus nigrum, in parte postica tantum obscure rubescens; 9 mm. longus **rugosus fuscus** n.
- h (e). Antennae omnino nigrae, articulo primo nullibi rufo; pedes fere omnes nigri, etiam in tarsi posticis; maris genitalia nigra **rugosus melas** n.

A. var. minor var. n. ♂.

Mas e Willowmore, leg. Brauns. Abdomen lateribus et apice lato luteo-rufum, breve et latum; femora basi late nigra, praesertim postica. Affinis videtur speciei *cremastogastri* Speiser, 1913.

B. var. *fuscus* var. n. ♂.

Mas ex Africa orientali, Mto-ja-Kifaru, 5-10, XII, 1904, leg. Katona. Abdomen omnino nigrum, lateribus apicem versus fusco-rubescens; antennae articulo primo tantum rufo; pedes et tarsi maxima ex parte fusco-rufi, femoribus infuscatis.

C. var. *melas* var. n. ♂.

Mas ex Abyssinia, Tshertsher, 10, XI, 1902, leg. Kovács. Long. corp. mm. 9. Abdomen omnino nigrum, limbo apicali tantum rufo; pedes omnino nigri, tarsi anterioribus tantum paulo rufescentibus; venter etiam niger, dum in praecedentibus obscure rubescens est.

69. *Microdon erytherus*, Bezzi, 1908.

Mas unus typicus ex Gabun; facies tota lutea, nec in medio fusco-striata.

70. *Microdon inermis*, Loew, 1858.

Foemina typica ex Pretoria, 30, XI, 1910.

71. *Microdon pallidus*, Bezzi, 1915.

Foemina ex Africa orientali, Ukami; praecedentis forsan tantum varietas decolorata.

72. *Ceroides ugandana*, Kertész, 1913.

Specimen typicum foemineum ex Uganda, Eutebbe; descriptionem vide in Ann. Mus. nation. hung., XI, p. 609, fig. 1.

73. *Ceroides katoniana*, n. sp. ♂.

Affinis afrae, a qua differt facie, in medio vitta lata brunea non divisa, thoracis dorso toto nigro non rufescenti, nigro-lineato et vitta laterali lata lutea post suturam etiam continuata ornato, scutello toto luteo, femoribus posticis denique annulo lato basali flavo praeditis, abdominisque segmento ultimo maculis duabus ex tomento griseo-flavicanti ornato.

Long. corp. 16-17 mm. absque antennis.

Mares 2 ex Africa orientali, Arusha-Chini, v, 1904, leg. Katoana, cui honoris causa hanc speciem dicavi.

Caput totum luteum, margine occipitali valde producto, triangulo verticali tamen nigro; vitta facialis unica, lata, reliquae obsoletae; petiolus antennalis et antennae rufoluteae. Thorax niger, callis humeralibus et vitta lata laterali fere usque ad scutellum ducta, luteis; pleurae nigro-brunee, vitta lata antica meso-sternopleurali perpendiculari lata. Scutellum omnino luteum, ima basi tantum anguste brunea. Mesophragma nigrum. Halteres pallide lutei; squamae brunee, flavo-marginatae. Abdominis segmentum primum luteum, vitta lata longitudinali bruno-nigra; secundum duplo et ultra longius primo, petioli instar valde angustatum, bruno-rufescens, limbo postico late luteo; tertium nigro-bruneum, limbo lato postico luteo; quartum nigrum, limbo postico late luteo, sed macula quoque magna ovali luteo-griseo tomentosa utrinque ornatum; genitalia magna, bruno rufa; venter nigricans, basi rufescens, limbo segmentorum postico luteo. Pedes rufescentes, tarsis obscurioribus, femoribus posticis annulo lato basali luteo. Alae ex griseo-hyalinae, vitta antica dilute lutescenti parum definita et vena sexta etiam dilutissime infuscata; appendices cellulae posterioris primae et cellulae discoidalis breves; nervi tertii segmentum ultimum parum sinuosum et inappendiculatum.

Annot. — Species ista ab *ugandana* differt facie vittata, thoracis vitta lutea laterali ultra suturam ducta et femoribus posticis flavo-annulatis.



P. JOSÉ PANTEL S. J.

(1853-1920)

No dia 7 de fevereiro do ano findo, finou-se no Instituto Católico de Tolosa, em França, este sábio religioso, célebre entomologista francês e um dos naturalistas da nossa época, que soube grangear pelos seus trabalhos e investigações científicas a mais bem merecida fama de investigador incansável, escritor minucioso e exacto, e crítico eminente.

Nasceu o P. Pantel a 27 de fevereiro de 1853, na aldeia de Bacon, na Lozère, em França. Depois de 3 anos de estudos eclesiásticos no Seminário de Mende, entrou na Companhia de Jesus, em Pau, em 1873. Pelos anos de 1880-1881, encontramo-lo em Uclés, província de Cuenca, na Espanha, a cursar a sagrada teologia, e ali se ordenou de sacerdote em 1883. Começou então para o P. Pantel a longa carreira de ensino dos jovens religiosos que se preparam para professores, ocupação que desempenhou com sábia mestria e subida dedicação, quasi constantemente até à sua morte.

Esteve sempre à frente do Laboratório de Biologia em Uclés, em Vals (Le Puy), França, para onde se trasladara, em 1897, a casa de estudos de Uclés, e em Gemert (Holanda), aonde residiu até uns dois ou três anos depois de começada a guerra, vindo então a tomar a cadeira de sciências no Instituto Católico de Tolosa.

Durante os anos de 1891 e 1892, especializou-se o P. Pantel nos seus estudos biológicos na Universidade de Lovaina, no Laboratório Carnoy, estudos que prosseguiu depois no Colégio de Sarriá (Barcelona), onde residiu desde 1903 a 1907, por ser aquele clima mais benigno e saudável para a sua já bastante alquebrada saude.

Mas ali não demorava senão na quadra do frio; a estação calmosa ia passá-la na França. Neste intervalo, esteve uns meses no Colégio de Tortosa, e em 1904 teve o colégio de S. Fiel, aonde se tinha fundado dois anos antes a nossa Revista, a feliz sorte de hospedar também durante alguns meses o sempre saudoso P. Pantel.

Aproveitou a sua estada em S. Fiel para trabalhar, em companhia do R. P. Roberto De Sinéty, na preparação do seu estudo sôbre as células da linha masculina da *Notonecta glauca*. Foi durante êste pouco tempo, que residiu no colégio de S. Fiel, que o nosso prezado amigo e colaborador desta Revista, o Sr. Dr. José P. Dias Chorão, lhe diagnosticou a arteriosclerose, que tinha já muito ádiantada. Anos mais tarde, ainda o P. Pantel recordava êsse facto com palavras de verdadeiro reconhecimento para com o distinto médico.

Também me consta que durante a sua estada em Portugal, visitara Lisboa e Setúbal. Esses poucos meses, que passou na nossa querida pátria, foram bastantes para que o P. Pantel cobrasse grande estima e carinho às coisas e pessoas de Portugal. Era um admirador sincero da nossa Revista; e amizade especial o ligava com o director dela, P. Tavares, com quem se correspondia com frequência.

Dedicou-se o P. Pantel, de preferênciã ao estudo da entomologia, tanto na parte sistemática — Coleópteros e Ortópteros, em que publicou trabalhos de muito valor — como na anatomia e biologia, em que foi eminente. Os seus trabalhos científicos estão disseminados por diferentes revistas — «La Cellule» e «La Névrax» de Lovaina, «La Revue des Questions Scientifiques» de Bruxelas — e pelas publicações das sociedades científicas, tais como La Société Entomologique de France, e a da Holanda, a Real Academia de Ciências y Artes de Barcelona, e a R. Sociedade Espanhola de História Natural, de Madrid. Mais abaixo, publicamos a lista dos seus principais trabalhos científicos. Foi duas vezes premiado pela Academia de Paris; em 1898 com o prémio-Thore, pela sua magistral monografia «*Le Thrixion halidayanum*», e outra em 1906 com o prémio Gama Machado, pelo seu estudo das células da linha masculina da «*Notonecta glauca*», esta vez em companhia de seu eminente discípulo, R. P. Roberto De Sinéty.

Era o P. Pantel um trabalhador incansável; tinha o tempo medido e contado, e empregava-o no estudo, muito metódicamente, sem nunca o desperdiçar. Só assim se explica a extensão e importância da sua obra científica. E também só quem sabe dar valor ao tempo poderá devidamente apreciar esta qualidade do P. Pantel.

Diversões para êle bastavam-lhe as que lhe proporcionavam o seu laboratório, o seu microscópio e as suas imortais descobertas; os dias, os meses, os anos corriam-lhe velozes na mesa de estudo e nas suas aulas. Quando muito, eram para êle distracção as suas excursões no campo, correndo montes e vales, quási sem alimento, em procura de material científico.

Dava gôsto ver a facilidade, a relativa rapidez, e a perfeição com que fazia as preparações microscópicas, a habilidade com que as desenhava na câmara clara, e o escrúpulo com que as interpretava, sem nunca dar um passo em falso.

E, com ser tão avaro do tempo, estava sempre amávelmente à disposição dos seus discípulos e de quantos o procuravam para lhe expor as suas dúvidas ou para tabalhar sob a sua direcção. Não admira portanto que como professor fôsse sumamente querido e respeitado dos numerosíssimos alunos de todas as nações da Europa que tiveram a fortuna de o ter por mestre. A memória do saudoso P. Pantel — homem de ciência e perfeito religioso — será sempre para êles um incentivo de amor ao trabalho.

Muitos dos alunos do P. Pantel lhe devem a sua iniciação e especialização nos diferentes ramos das sciências naturais e biológicas. Veneravam todos no bondoso professor, ao lado da sua sciência exímia, uma simplicidade e modéstia encantadoras, que lhe impediram figurar em muitas Sociedades e Academias e nos congressos científicos a que não quis assistir. Apesar de ter sido convidado e instado a que desse uma conferência no Congresso de Entomologia de Bruxelas, em 1910, não o fêz, não se encontrando então muito distante dessa capital.

Os mais ilustres entomologistas admiravam no P. Pantel o profundo saber, a par de uma modéstia tão encantadora. Patentearam-lhe êste aprêço e estima, já em discursos, já em seus escritos, dedicando-lhe gêneros e espécies novas. Baste-me citar por brevidade o testemunho de D. Ignacio Bolívar, de cujas ideas filosóficas o P. Pantel não participava, consoante êle próprio dizia. Era «o P. Pantel», diz o sábio entomologista espanhol, «uma das pessoas que mais contribuíram para o conhecimento da fauna ortopterológica da nossa Península e cujos trabalhos levam sempre

o cunho do mais raciocinado estudo e da maior exactidão na observação.»

O Dr. P. Halbfasse, discursando na universidade de Munster em 1903, referiu-se ao P. Pantel em termos de que nunca usaria um protestante, falando de um jesuita, se não fôsse o sincero respeito e genuína admiração que professava para com êle. Nessa aula é verdade, que não fêz menção de o P. Pantel ser jesuita, mas confessou que tinha sido enviado a estudar sob a sua direcção, pelo seu bem conhecido professor, Dr. O. Hertwig, que viu sempre no P. Pantel um homem de sciência de primeira ordem.

